





10  
Q. B. E. N.  
**DISSERTATIO INAUGU-  
RALIS JURIDICA**  
DE

507  
**FALSA RATI-  
ONE DECIDENDI**

1707.5.  
QUAM  
ANNUENTE DIVINA GRATIA  
CONSENSU MAGNIFICI JICTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRI AD VARNUM ACADEMIA

PRÆSIDE

VIRO PRÆNOMINISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO  
ATQUE EXCELLENTISSIMO,

**DNO. JOH. JOACHIMO  
SCHOEPFFERO,**

JCTO ET ANTECESSORE CELEBERRIMO, COMI-  
TE PALATINO CÆSAREO, CONSISTORII DUCALIS CONSILI-  
ARIO GRAVISSIMO, & FACULT. JURID. DECANO  
SPECTABILI

**DNO. PATRONO, STUDIORUMq; PROMOTORE**

ÆTERNUM DEVENERANDO

PRO CONSEQUENDIS, SUMMIS IN UTROQUE

JIKE HONORIBUS

D. 8. MARTII, A. 1707. HORIS. ANTE 9<sup>h</sup> PROMERIDIANIS

IN AUDITORIO MAJORI

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JOACH. CHRISTOPH. TOR-  
NOW, JUDIC. DUCALIS MECKLENB. ADV. ORD.**



ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, SER. PR. & Univ. Typogr.

VIRO  
PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO, AT-  
QUE CONSULTISSIMO.  
**DNO. PETRO  
TORNOVIO,**

JCTO CELEBERRIMO SERENISSIMI DUCIS ME-  
CKLENBURGICI CONSILIARIO GRAVISSIMO, CIVI-  
TATIS GUSTROVIENSIS CONSULI PRIMARIO  
PRUDENTISSIMO, NEC NON DEPUTATO AD  
CONVENTUS PROVINCIALES  
ORDINARIO,

Patrifuo ad tumbam usque  
Deyenerando

*Dissertationem hanc inaugurelam, eo quo decet filiali  
obsequio, cum 'voto omnigenæ  
prosperitatis,*

D. D. D.  
**AUTOR & RESPONDENS**

\* (o) \*

PAREN<sup>S</sup> omni honoris, & ob-  
servantia cultu, ad cineres usq;  
Devenerande!



Ntricata inter  
Moralistas qvæstio  
est, Parens Vene-  
rande, qvænam sit  
causa patriæ Pote-  
statis. Grotius  
in tract: suo de jure belli & pacis  
L. 2. Cap. 5. eam in generatione po-  
nit. Puffendorfius eam adscribit  
præ sumpto filii consensui, Alii ad  
divinam recurrent concessionem.  
Sententias hasce hic loci examinare,  
valde prolixum, & contra inten-  
tionem meam foret, si tamen una

A 2 eligen-

eligēda eslet, cum Grotio facerēt.  
Liberi enim post DEUM, vitæ suæ  
parentes habent Autores, qvare e-  
tiam uti ego puto, de jure Rom. Pa-  
rentibus jus datum est, non saltim fi-  
lium sangvinolentum, urgente ne-  
cessitate vendendi, sed etiam truci-  
dandi. Qvod licet moribus sit subbla-  
tum, cum patria potestas potius in  
pietate, qvam in atrocitate consiste-  
re debeat, non tamen ideo omnis  
potestas Parentibus, in liberos est a-  
dempta. Egregie inter alios de hac  
potestate dissert Grot, cit, tract. I. all.  
juxta diversitatem ætatis in libe-  
ris. Sic in prima ætate, seu tempo-  
re imperfecti judicii, ubi adhuc im-  
maturus est rationis usus, omnes  
liberorum actiones, directioni Pa-  
rentum subjacent. In adulta ætate,  
vel tempore perfecti judicii, ubi judi-  
cium

\* (o) \*

ciūm jam ætate maturuit, sublunt Pa-  
rentum imperiis, non aliaæ actiones,  
qvāq; vñ ad familiæ Paternæ, aut ma-  
ternæ statū, aliquid momenti habent  
In tertio tempore, si proles Familiæ  
paternæ plane excessit, & vel novam  
familiam sibi constituit, vel alteri ad-  
jungitur, filius in omnibus est sui ju-  
ris, salva tamen semper manente re-  
verentia, ac observantia, utpote cu-  
jus causa perpetua est, tum propter  
generationem, tum propter educa-  
tionem, aliaq; Parentum merita,  
qvæ non tantum in eo consistunt,  
qvod Parentibus liberi educatio-  
nem debeant, & occasionem omni-  
um bonorum, sed &, qvod laborio-  
sam, ac sumptuosam eorum educati-  
onem susceperint, qvæ eos in comoda  
societatis humanæ membra for-  
marunt. Parens Venerande, Tibi qvoz  
qvæ hæc omnia, qvod iubmissa animi

veneratione agnoscō, debo. Tu e-  
nim, ne tamē suūmū excludam Nu-  
men, non solum vitam mihi dedisti  
naturalem, eamq; quantū in Te fuit,  
conservasti, sed & tum ipsa tua, tum  
aliorum fidelissima informatione,  
de his qvæ ad vitam socialem sunt  
necessaria, prospexit. Obstupeſco  
certe, si varia hæc beneficiorum ge-  
nera, eorumq; cumulum, qvæ à  
primis incunabulis in me contulisti,  
æq; valence mecū pondero, insimul  
vero doleo, me gratitudinem meam,  
actu ipso hactenus testari non potu-  
isse. Est qvidem obligatio hæc qvæ ex  
collatis beneficiis oritur, minus ple-  
na, qvæ nullam in jure producit acti-  
onem, cum sufficiat, grato animo  
beneficia agnoscere, sed transat illo-  
rum opinio, qvi obligationem ad  
antidoravel agnoscunt nullam, vel  
invo-

• (o) •

invalidam, mihi pudor naturalis su-  
prema lex est, quam violasse, homi-  
nis credo penitus impudentis. De-  
bitorem me itaque, tantis beneficiis  
cumulatum profiteor, ut nulla a ne-  
xu obligationis me liberandi, super-  
sit spes. Sed tamen benignum Te  
Parens Venerande, non rigidum ju-  
dico creditorem, hinc spatium mi-  
hi indulgebis, quo aliquando mo-  
ram purgare, & quantum mearum  
erit virium, pro parte debitum ex-  
solvere possim. Provoco hoc ipso ad  
particularis solutionis beneficium.  
Dum vero in eo praesidium quero,  
in mentem mihi sponte venit, quae  
oppositurus forsan eris. Non in-  
dulgeri illa jurium beneficia Debi-  
tori, nisi volente creditore. Fateor,  
& ea propter gratiam, non juse expe-  
to. Qua jam fretus exiguae hasce  
studie

studiorum meorum primitias, & monumentum, devotissimæ meæ obser-  
vantiæ ac venerationis, loco usurarū  
humillime Tibi offero, ac sacratissi-  
mas esse jubeo. Accipe Parenſ Vene-  
rande, hocce munusculum benigno,  
placidoq; vultu, meq; ulterius, pater-  
no tuo amore, amplecti non desine;  
Qvod reliquum est, devotis ſuſpiriis  
à ſumo Numine contendō, velit Te,  
Matremq; meam longe Charifſi-  
mam, atq; Iuvavifſimam, in ſeram uſq;  
poſteritatē ſalvam ſervare, atq; in-  
ſolumen. Augeat diuina Majestas,  
q̄ quotidie, animi ac corporis tui vires,  
q̄ uodiu adhuc Patriæ in ſervire, mihi  
vero, ſaluberrimiſ tuis consiliis, præ-  
ſto eſſe poſſis Vale Parenſ Veneran-  
de, ac amare perge.

*Filiu tuum ad tumbam uisque obedientiſſimum*

Q. D. B. V.  
**PRÆFATIÖ.**



Arias miseris hilce temporibus,  
in qvam plurimis judiciis dari  
corruptelas, nemo erit, qui ne-  
gabat, cuius mali caulam si inqui-  
rimus, inter alias non minima  
hæc est, qvod cum ad Judicis offi-  
cium nemo admitti debeat, ante.  
qvam de ipsius pietate, dexterita-  
te, & juris scientia ac experientia  
confiterit, exulcerato hocce seculo, id qvam minime  
attendatur, sed Magistratus munus sæpius rudibus, ac fo-  
lida, tam rerum publicarum, qvam civilium scientia  
destitutis, committatur hominibus, qui postea, qvid ob-  
veniente casu, judicandum sit, ignorant. Qvem enim  
latet, qvod hodie in oppidulis communiter jurisdictio-  
nem exerceant, ac magistratum repræsentent, Plebeji &  
Mechanici, in pagis Scribæ, & ejusmodi homines, qui  
volunt apparere Pragmatici, & in causis Judicialibus  
exercitati, sed qvid juris nesciunt, qvid observantiae,  
nunqvarum didicerunt. *Carpz, in proc. Crim. P. 3. qvæst.*  
116. num. 18. Qvin & non raro idem accidit in judiciis  
majorum oppidorum, ubi nostro Seculo juri regundo  
& litibus terminandis, tyrones Dupondii potius, qvam  
periti & rerum prudentes præficiuntur, non sine gravi  
Reipublicæ damno, uti conqueritur Antimachiavellus.  
Certe omnes judiciorum reformatio-nes, ad litium diu-  
turnitatem tollendam, inutiles erint, nisi prius refor-  
mabitur Judgex, *Winther. in Partenio suo litigioso lib. I.*  
*cap. 12. num. 1.* nam langvente capite, cœtera membra offi-

B

cie

I

2

3

4

5

PRÆFAMEN.

- 6 <sup>a</sup> *cio suo fungi non possunt , vel ad minimum non funguntur. Dic enim quæsto, unde tot, & tam varii intricati in foro existunt processus, unde lites in infinitum protrahuntur, cum maximo litigantium dispendio atque pernicie ? Nonne imperitiae Judicum, maxima ex parte, id saepius adscribendum ? Sic omnino putarem, testante quotidiana experientia, optima rerum Magistræ.*
- 7 *Prudens namq; Judex, cuius officium est tollere fomen- ta & occasiones litium, easdemque obortas ex officio diminuere, ne lites sint immortales L. quidam ff. si certum petatur , Hering de sidejuss. cap. 22, num. 237. hujus sui officii memor, totus in eo occupatus est, omnemq; adhibet curam, ut lites abbrevientur, in judicio legitimè procedatur, & suum cuique, si res amicabili transactio- ne componi non possit(ante omniā enim tentanda con- cordia Mev. p. 1. Decis. 223, num. 1. & P. 2. Decis. 343, num. 2. vid. R. I. de Anno 1654. §. 210. adeò ut judex peccet, qui compositionem amicabiliter inter partes litigantes omit- tit, & in exordio litis, nullum ejus facit periculum Zogl. de offic. Judicium concl. 22. licet hac neglecta, processus non sit nullus, id . l. c. Dissent. Gastel, in Spec. juris cap. 4. num. 36. qui statuit, citationem nullam esse, si non alter- native concepta: zur Güte / oder rechtlichen Verfangen) per sententiam tribuatur. Hinc quod præcipuum mu- nus est integerimi Prætoris L. properandum C. de judiciorum partium & Advocatorum malitia, qui haud raro ex dif- fidentia causæ lucem fugiunt, & processus protrahunt, non indulget, sed potius, si partes in causa concludere nolint, datis sufficientibus dilationibus & mandatis ad concludendum Brun. in proc. Civ. cap. 26. num. 6. ex officio causam pro conclusa. quod ipsi permissum, acceptat. Mev. P. s. Decis. 41. justameve fert sententiam. Judex*

PRÆFAMEN.

Judex contra imperitus, cum litigantibus in tenebris am-  
bulat. Nescit inermis talis judex, quando disputationes  
in caula permittendæ, quando inhibendæ, quare necesi-  
farias quandoque inhibet; non necessarias vero  
permittit, & Advocatis vel potius rabulis, in infi-  
nitum licentiam disputandi concedit, ita ut vix, ac  
ne vix quidem hominis ætas in perlegendis omnibus  
scriptis sufficeret. Qvod si vero in causa tandem con-  
clusum, & sententia concipienda, per allegationes Ad-  
vocatorum, nunc in hanc, nunc in illam rapitur senten-  
tiam, incertus utri partium adhærendum. Et ne sen-  
tentia inepta dicatur, aut plane nullam exprimit causam,  
sed' regulariter hac utitur formula: quis bewegenden  
Ursachen/oder von Rechts wegen quam formulam scopi-  
cus qvidam ita interpretabatur, ac hisce invertebat  
verbis: vom rechten Wege/aut si aliquam rationem de-  
cidendi adducit, ista pro animi levitate apertissime fal-  
sa est, quo ipso partibus ansam disputandi suppeditat, quæ  
mox falsam hanc arripiunt causam, & in judicem convi-  
tiando, cavillando, objurgando, maledicendo procacius  
invehuntur, dicentes: Judicem male esse informatum vel  
infacto vel in jure, hinc novi oriuntur processus, an talis  
sententia valeat vel non, an sit ipso iure nulla, an vero per  
appellationem rescindenda, & quæ sunt plura quæ  
inde redundant mala. Quærixer qyoniam non raro in  
toro, lata sententia, quæ falsa nititur ratione Decidendi,  
occurunt, nunc Ego, iuperato examine conveto, ac con-  
cessa mihi à Magnifica Facultate Juridica, pro summis  
in utroque jure honoribus consequendis disputandi li-  
centia paucula pro ingenii tenuitate, de dicta falsâ ratio-  
ne decidendi concipere constitui. Faxit summū Numen,  
ut omnia ex voto procedant, & vergeant in sui nominis  
glori-

B2

4 CAP. I. DE RATIONE DECIDENDI.  
gloriam, ac proximi emolumentum, qvod intimo ex  
pectore submissoprecor.

## CAP. I. De ratione decidendi, in genere, **SUMMARIA.**

Ingressus	1	Nec ideo collegium prævari- caridicipoest n.	28.
Quid sit falsa ratio deci- dendi	2. seqq.	Non in sententius nomine ju- dicis conceptis	31.
Judex non tenetur rationes decid. exprimere	5seqq.	Concipienda tamen	32 seq.
Expedit tamen eas exprimi,	22. seqq.	Imo communicande si judex eas expresse petat. n.	33.
Collegium juridicum tenetur ad rationes in informator- riis.	25 seqq.	An gratis edenda	37.
Collegium partibus diversa responsa, mutatis circum- stantiis, dare potest. n. 27.	42. & seq.	An acta remittenda sint.	
Etiam ad integra acta, licet uni parti consilium de- derit. n.	55. seqq.	An partibus rat. decid. sint communicanda?	34 seqq.
		An consilium uni parti datū alteri communicari possit?	



I Um mens & intentio nostra est, de  
falsa ratione decidendi nonnulla  
in lucem edere, felicem succel-  
sum sperare haud licet, nisi, ante-  
quam huic labori manu admno-  
vermus, paucis explicetur, qvid  
per rationem fallam, hoc loco, in-  
telligatur? Intelligitur itaque  
per falsam rationem decidendi,  
error

IN GENERE,

error judicis sive in facto, sive in jure contigerit. In facto  
judec errasse dicitur, si e.g. pronunciet aliquem excessisse  
annum ætatis 14. quod tamen re ipsa non ita est. L. 2. C.  
quando prov. non est necesse in Jure vero error committitur,  
si e.g. Judex pronunciet, impuberem posse testamentum facere, contra expressum textum Instit. §. 1 quib.  
non est perm. fac. testam. Hæc invalida, illa insulta vocatur,  
Tuldenus in Comment. ad C. Lib. 7. tit. 64. quando  
provocare non est necesse, Peretz in C. ad h. tit. n. 1.  
Quod de ratione qvoniā in capite secundo plura disserere con-  
stituimus, ubi pertractandum erit, qvænam inter  
sententiam invalidam atque injustam sit differentia, &  
qvomodo una ab altera discrepet, hinc filum hic abrum-  
pimus, nosque ad seqventem conferimus qvæstionem:  
An Judex teneatur sententiærationes decidendi inserere,  
seu, annon pars gravata, si nulla ratio decidendi in senten-  
tia expressa, judicem compellere possit, ut causas indicet,  
quare hanc vel illam sententiam tulerit, & sic, non vero  
aliter judicaverit? Reip. Sunt sane non pauci qui ne-  
gativam defendunt, inter quos Carpz. in proc. tit. 16  
art. 1. num. 65. cum quo facit Stryck, in int. ad praxin  
Cap. 22. §. 5. Colerus ad c. 15. X. de judic. num. 39.  
Gail, de P. Publ. L. 2. cap. 6. n. 12. has regulariter addu-  
centes rationes, quod Judex sit vir bonus L. 4. §. 1. ff. fa-  
mil. Ercise, qui notitiam habet boni & æqui Mastrillus  
de Magistr. L. 2. cap. 3. duplice que salem sapientiae &  
conscientiae, unde etiam referente Carpz. Responsa  
Jutorum valere Seneca dixit, etiam si ratio non exprima-  
tur, addunt jam adducti DD. & hoc: quod si judex senten-  
tiae suæ rationes annexeret, hoc modo parti ansam præbe-  
ret, cavillandi ac disputandi, siquidem sententia contra ju-  
ra lata, vel ratione in errore ait continens, est ipso jure nulla

3

4

5

6

7

8

L. I.

B 3

**6 CAP. I. DE RATIONE DECIDENDI.**

L. i. §. 7 ff. quæ sent. sine appell. resp. Brun. de jure Eccl. l. 3. cap. 9. §. 14. Carpz. in proc. tit. 16. art. 2. n. 9. Cum ex adver-  
so, si error juris non expressus in sententia, ea in foro  
exteriori non sit nulla, sed transeat in rem judicatam  
cap. 15. X. de sententia Johannes Sichardus Conf. 10. num.  
12. fol. 79. Brun. de jure Ecclesiast. L. 3. cap. 9. num. 14.

**9** Dico in foro exteriori, nam in foro conscientiæ & Ec-  
clesiastico, si manifeste injusta sententia sit, potest per  
denuntiationē evangelicā emendari iniqvitas Brun. d. l.  
Menach. Lib. 2. arbit. quæst. caſu 484. & Lib. 1. de presump. An-

**10** vero hoc remedium apud protestantes qvoad effect⁹ im-  
pugnandi sententiam obtineat, dubito, si pars victrix juri  
suo inhärere velit, qvia adhuc hodiè sententia postqvam  
transiit in rem judicatam, ex nigro album, ex albo ni-

**11** grum facit. Propter has & similes rationes nonnulli  
(nescio an in gratiam malorum judicum, absit à  
nobis injuria) dicunt: fatuum ac stolidum esse judicem,  
qui decisionis suæ rationes dat, inter qvos Cævall.  
quæſt. 718. Mejerus in Coll. Argent. tit. de sent. & rejud. th.  
67. in fin. qvanqvam si addere velit, possit Carpz. l.c.  
num. 74.

**12** Qvod si fiat Judex regulariter (1) ponit ratio-  
nes partis adversa incipiendo ita: Ob þwar von Gegen-  
theil angebracht worden & cæt. postea subjicit rationem  
pro sententia: v.g. Weil aber dennoch / vel qvi Stylus  
Sax: est: Dennoch aber und die weil / rationibus vero  
ordine adductis subjicit decisionem Stryk. in int. ad  
prax. cap. 22. §. 6. qvamqvar nec hæc praxis perpetua  
fir, sed sæpius initium fiat a rationibus decidendi maxime  
si ad instantiam judicis sententia feratur, Exceptionem  
**13** tamen ab hactenus dictis supra citati DD. de rationibus  
senten-

### IN GENERE.

sententiae non inserendis, ponunt vulgo in casu, quando  
judex à dispositione legis ac regula Juris communis re-  
cedit, seu quando à communibus jurisprudentiae placitis  
quid devium, singulare, & abstrusum præscribitur ac  
promulgatur, Brun. de proc. Civ. Cap. 27. n. 20. Stryck.  
in introd. ad prax. Cap. 22. §. 5. Plures adhuc causas 14.  
recenset Brun. l. c. num. 20: si nempe judex compenset  
expensas. Gail. 1. obs. 151. num. 23. vel judicet in criminis  
libus, puto in causis fractae pacis publicae &  
similibus Gail. de Pace Publ. Lib. 2. Cap. 6. num.  
16. & seqq. Item si judex famam reservare, vel  
infamiam irrogare velit: Id. L. 2. Cap. 16. num. 15.  
sed tamen & omnibus hisce casibus uti vult Stryck. 15  
in introd. ad praxin Cap. 22. §. 5. non semper Ipecialis ra-  
tio additur, sed ingenere adjicitur, aus erheblichem oder  
beweglichen Ursachen /uti hoc regulariter fieri solet in  
compensatione expensarum. Hæc de negativa sen-  
tentia.

Affirmativam acriter propugnat Oldendorp. 16  
Classe 7. act. 2. & in assertionib. suis ex jure & aequitate as-  
serit. 2. sere in fine §. adversus hanc pestem vers. deinde ut  
judicis, ubi inquit: quanquam Baldus alicubi stultum vo-  
cat judicem, qui causam in sententia exprimat, est tamen  
presentissimum remedium, quo possit deliberari de judicis con-  
scientia, & sententia aequitate. Cur enim fugiat latem,  
qui confidit & credit se nihil contra ius decernere. Quicun-  
que stultum vocat judicem, pronunciationis sue ratione ad  
gidentem, si omnium est stultissimus, nihil minus, quam artem  
boni intelligens. Quemadmodum enim moneta non signata  
ab omnibus habetur suspecta & adulterina, ita judicis sen-  
tentia ab omniratione nuda, multo magis erit suspecta, et si  
mabit

8 CAP. I. DE RATIONE DECIDENDÆ

- 17 mabiturque iniqua & inanis. Hucusque Oldendorpius, cuius opinio non plane rejicienda, sed æquitati potius conformis, ac suos producit fructus. Qvando namque judex ostendit, unde deducat sit sententia, & qvibus de causis sic, & non aliter, pronunciaverit, isto modo testatur, seratione non auctoritate tecisse, qvæ fecit, & prodest hoc ad tranqvillandos animos tam litigantium, quam Advocatorum, qvi si ab honestate & concordia plane non sint alieni, libentius acqvescent sententiæ judicis, quam ex legibus sumptam esse evident Brun. de jure Ecl. Lib. 3. cap. 10. & in in proc. civil. cap. 27. num. 21. & avertitur appellationum temeritas, præciditurq; hoc modo litigandi occasio, qvare & multi Imperatores in rescriptis suis addiderunt rationes, cur respondeant, qvod respondent, vid. L. 7. C. de in integ. restit. L. 15. C. de usu si & habitat. L. 3. C. de Episc. audiencia imo in toro Bohemicо referente Martino ad ordinat. judic. Sax. tit. 43. n. 34. necessitatibus est, ut judex in sententia rationes suas exprimat, per ordinat. Ferdinandi 2. lit. F. art. 78. vers. So sollen unsere Land-Rähte / so viel möglich sich besleifzigen / daß wie vor diesen so vielmehr aniso die Rationes Decidendi, darauff sie im sprechen gegangen/ dem Urthel einverleibet werden. 20 Idem observatum vidi in Svecia. Nos re accurate ponderata, & penitus per pensa, statuimus: non quidem ad substantiam sententiæ, certis exceptis casibus, pertinere, ut judex causam, qvæ ipsum movet, in sententia exprimat, sed sufficere, si reum vel condemnnet, vel absolvat.

IN GENERE.

9

solvat. L. i. ff. de Sent. & rejud. proinde omissionem rationis in sententia, non vitiare sententiam, aut eam nullam reddere. Sic Glossa in cap. sicut X. de sent. & rejud. relinquit judicis arbitrio, utrum velit causas seu rationes decidendi sententiæ interere, an non. Nec unquam legitur, legem vel civilem vel canonicam, certum quid, in hac materia, determinasse, atque ita vel jubere vel prohibere, ut Judex causam seu rationem decidendi sententiæ, quam profert, intereat, vel non inserat, quæ sententia etiam in judicio aulico & Camera Imperiali recepta, ubi saepius brevissimæ sunt sententiæ, v. g. abgeschlagen. Qvod actor, qui injuriarum eggerat, ita calumniose interpretatus est: er soll den reum abgeschlagen / qvod etiam fecit, sed calumniam hanc, 100 thaleris, luere necessum habuit. Interim tamen propter adductas rationes, lubentissime concedo, valde utile esse, si rationes suæ sententiæ alleget, partibusque hoc modo satisfaciat. Sic e. g. si reus intentatae rei vindicatione probet, sine dolo se defuisse possidere, valde conductit, ut haec causa in sententia exprimatur, vel explicite hac formula: daß Beklagte vorgewandte Exception, nemlich daß er das Haß questionis ihö nicht mehr im Besitz habe / und zwar ohne Arglist/zur Noht durft betrieben/vel implicite referendo se ad acta: Dass Beklagter seine in actis vorgewandte Exception zur Noht dargethan/ne postea actori, ex nova causa, qvod reus cœperit possidere, agere volenti, noceat rei judicatae exceptione L. si rem meam 17. ff. de Except. rei judicatae. Imo quandoque etiam expedit ipsi judici, ut causa decidendi sententiæ inseratur, utpote eo casu,

21

22

23

C

qvando

10 CAP. I. DE RATIONE DECIDENDI

qvando Judex appellationis sententiam judicis à qvo , qui benè secundum ea , qvæ in actis primæ instantiæ , proposita fuerunt , judicavit , corrigit ex causa , qvæ in judicio priori omissa , puta ob epocham debitoris nunc productam , qva probat creditori satisfactum: daß Bell. numerho wegen der in actis produciren und recognoscirten Qvitung/ von angestellter Klage zu entblöden/hac enim ratione , judex à qvo , ab iniquitate & imperitia excutatur Speculum tit. de

24 sent. §. qualiter num. 14. §. ut autem num. 27. Est itaqve ut paucis nos expediamus , totum hoc saltim arbitriarium , non necessarium , qvare concludimus , sententiam , sine justa ratione , non quidem esse ferendam , at ut exprimatur , nec necesse est apud peritos , ut qui facile & sponte causas & rationes illas vident , & oderantur , nec utile est apud imperitos , qui de his neqve in sententia scripta , neqve alias facile ea de re doceri possunt , nec apud improbos calumniatores , quibus ut nulla judiciorum & judicum autoritas , sic neqve ulla ratio satisfacere potest.

25 Sed quid dicendū de Collegio Juridico , annon ad minimum rationes suas semper sententiæ adjicere debet ? Resp. aut qvæstio est de sententiis informatoriis , aut non informatoriis , sive nunc istæ sint definitivæ , sive interlocutoriæ , vel quod idem est , videntur an responsum petatur per modum consilii , an

26 vero per modum sententiæ . Sententias quod attrinet informatorias , in his rationes decidendi semper sunt exprimendæ , uti hoc recte monet Carpz , in proc. tit.

obitotyp

IN GENERE.

tit. 16. art. 1. num. 77. qvia litigaturi de jure suo informari cupiunt, ut sciant, an contendere an cedere expediat, & quid sibi exspectandum, ne fundamento ruinoso innixi, ad litigium se se conferant, unde nihil lucri ipsis accedat, vel victoriam satis care emant. Insignis quoque utilitas ex rationibus decidendi resultat, si utraque pars consilium petat, & facti circumstantias penitus diversas exprimat, tunc enim facultas utriqve parti contraria responsa dare potest, qvia Jcti ad facta narrata respondent, mutata ergo facti circumstantia, mutanda quoque juris decisio. Exemplum vide apud Stryck. tr. de success. ab intell. diss. 3. cap. 2. §. 13. aliud exemplum vide in Mev. Resp. 2. ad jus Lübeccense fol. 37. § schließlich junctis verbis final. fol. 41. Simili ratione, licet consilium dederint pro una vel altera parte, nihilominus contrarium respondere possunt, ad integra acta, si alias circumstantias in actis observaverint. Exemplum habet Tabor tract. de jure Cerevisario P. 2. cap. 4. ab initio. Et licet judices non facile acta ad tales facultatem mittere soleant, qvae jam consilium in causa dedit, si tamen judex eo acta mittat, sententiam ad integra acta, sine crimine prævaricationis concipere potest, licet sententia contraria sit priori responso. Præprimis si responsum facultatis privatum, actis fuerit insinuatum, qvia tum & pars altera, & judicium habet, qvod sibi imputent. Pars, qvod non in inrotulatione actorum 29 exemerit illud Collegium; Judicium, qvod eo acta transmiserit, ubi sciverat jam in hac causa responsum esse. Nec sane non nisi imperiti, tale quid vitio ver. 30

Q70

C 2

tent

12 CAP. I. DE RATIONE DECIDENDI  
tent collegii Juridicis, si ex ratione appareat, factum  
ipsum exactis desumptum, aliam defiderare juris ap-  
plicationem. Adducenda hic merito sunt Excell.  
Joh. Sam. Stryck. verba, quæ inveniuntur in diff.  
nuperrime edita, de rejectione ab actis & qvidem cap. 3. n.  
ult. ubi : imo tantum abest ut inde maculam metuant  
cordatores, ut potius gloria sibi ducant, omnibus o-  
ffendere, quam sint alieni a partium studio. In

31 sententiis vero non informatoriis & proprie talibus  
regulariter hoc necessitatis non est Lauterb. in Dis-  
sert. Acad. de Consiliis eorumque jure P. 1, cap. 4.  
th. 5. Carpz. in proc. Tiz. 16. art. 1. § 7. num. 65. sed  
arbitrio eorum relictum, an sententia rationes de-  
cidendi inferere velint, an non. Per R. I. novissimum

32 § 61. concipiendæ qvidem rationes, quia sine his nulla  
ferenda est sententia, sed judice non petente; non com-  
municantur, potius in archivo, si forsan istæ rationes  
sc: postea desiderentur, ponuntur, idq; in omnibus fere  
Scabinatibus, Dicaesteriis & Collegiis JCtorum ob-  
servatur.

33 Qvod si vero NB. rationes Judex deside-  
ret, easque expresse petat, sine vitio denegari non  
possunt, sed necessario communicandæ per dictum  
R. J. de Anno 1654. §. 61. verba Gestalt danni sol-  
che Collegia Juridica bei Absfassung der Urtheil/  
die ex facto genommene Rationes decidendi ab-  
temahl fürslich ausszeken / und auss Erfor-  
dern des Judicis à quo, ohne Entgeld auszu-  
stellen schuldig seyn / qvod ab Imperio, meo  
Judicio, ex dupli ratione constitutum, primò,  
qvo

## IN GENERE

13

qvo Judex videat , an bene vel male judicatum sit.  
Secundò, ut Judex inferior, si appellatum fuerit, tales rationes simul transmittere possit. Stryck. in intr. ad prax. cap. 22, §. 5. id qvod dicto textu fundatum, cogi enim ad id potest. Qvomodo vero cogatur pluribus videri potest apud Blum. in proc. Cam. Tit. 52. §. 7.

Si vero Collegium rationes edat , juxta monitum cit. Lauterb. cauti esse debent Jcti (1) ne rationibus suis non concludentes adjiciant , & sic litigantibus vel malitiosis Advocatis, ulterius rixandi, momo verò qvi omnia malitiosè traducere , sed rebus nihil facere potest, calumniandi occasionem præbeant , (2) ne rationes decidendi ipsi sententiae subjiciantur, sed in speciali charta conscribantur, qvo Judici liberum sit, an eas communicare velit, an non. Qvod si Collegium Juridicum à Judice rogatum rationes edere recuset, non saltim suspectum esse facit, & falsitatis suspicione laborat, sed & adigi potest ad rationes exhibendas Carpz in proc tit. 16. art 1. §. 8. n. 79. Brun. Cent. 5. Derif. 60. Lauterb. 1. all. Sed num gratus & fine ulla remuneratione Collegia Juridica rationes suas Judici comunicare tenentur & Resp. videtur qvod sic per R. J. gestalt denn solche Collegia Juridica, bey Abfassung der Urtheil/ die ex facto generatim rationes decidendi kürzlich aufzusehen/ und auf Erfordern des Judicis à qvō NB. ohne Entgeld/ auszustellen schuldig seyn/ ast purè & simpliciter hoc affirmari non potest. Blum. in proc. Cam. tit. 51. n. 8. 38

C 3

36

CAP. I. DE RATIONE DECIDENDI.

14 & labore suo honorarium jam acceperunt, nec tamen rationes decidendi simul transmiserunt. Ego distinguendum hic esse putarem: an Judex statim cum acta transmittuntur, rationes petat, an vero ex post facto cum acta jam recepit. Priori casu dum sententia & rationes concipiuntur, jam honorarium & petitur & solvitur, pro rationibus, ergo si forte amissæ sint, novū honorariū peti non potest, excepto eo, qvod debetur, Secretario & pro sigillo. Posteriori casu, si non petitæ ab initio rationes, qvia prorationib⁹ haec ten⁹ nihil solutū, novū honorariū debetur. Nec est qvod excipias, qvod etiam non petitæ rationes attamen in schedula consignari debeant: Respondeo hoc fieri posset brevissimis verbis, verū si Judici edendæ sunt, prolixius elaborari solent, ergo majus quoque præstandum est salarium.

40 41 Ex dictis vero novum mihi subitoritendum: An facultas petere possit, ut actaremittantur, si rationes dare debeat. Resp. in facto tale quid contigisse memini, qvod Facultas literis per veredarium transmissis, rogata sit, rationes dare, ad qvod facultas respondit, acta remittenda esse, si rationes dari debeant. Et certe in illis Facultatibus in quibus orerenus ex actis reterre solent, id communiter receperunt. Verum si dicendum qvod res est, minus recte, qvia Recessus Imp. expresse injungit, qvod rationes decidendi in separata schedula conscribi debeant, si ergo Facultas separatim non conscripserit rationes, contra R. I. peccasse videtur. Rectius vero hæc Amplissima Rostochiensis Facultas agit, qvæ ex omnibus actis relationem in scriptis confici curat, subiecto voto & rationibus. Hinc Facultati huic, post centum annos, semper

42 43

## IN GENERE.

15

semper integrum est, sine actis, rationes reddere, cur  
sic & non aliter pronunciaverit. Anteqvam capitii 44  
huic primo colophonem impono, unicam hanc qvæ-  
stionem adhuc movere luber, annon qvoqve partibus,  
rationes decidendi, ad earum instantiam sint commu-

nicandæ ? Resp. Negat hoc Carpz. in proc. Tit. 16.  
art. 1. num 85. & seqq. qvi simpliciter eas partibus  
denegandas esse statuit, ne pars una, uti verba ejus sepe  
habent, de rationibus pronunciati informata, aliam fa-

cilius vincat, telis sibi suppeditatis ab illis, qvi sententiam  
dixerunt. Vix enim pergit idem Author insicias ibit quis. 45  
qvam JCtus, de juribus partium respondentes, iis simul  
patrocinari, rationes sui decisi illis apernerint, ac per id  
consilium dederint, qvod non saltim foret contra juramen-  
tum ab Assessoribus in Collegiis juridicis praestitum, ne litigantes  
qvārum causa illorum submittitur judicio, consiliis

suis juvent, sed & iniqua hic proflueret confusio judicis &

Patroni, qvorum officia ab invicem non parum distant. 46

Sed hanc rationem à Carpzoviō adductam non suffi-

cere putat Brun. in proc. Crt. cap. 27. num. 22.

indeq; planè à Carpz. recedit, cum aliud sit consilium

suggerere, aliud rationes sui facti reddere. Conce-

dit quidem & ipse Brun. l. c. cum Stryckio in int. ad

praxim cap. 22. §. 6. Collegia Juridica rationes suas

facilius judici edere, qvam parti ubi addit: licet hi mo-

res judicum non omnino probandi Stryck. l. all. pu-

tat tamen jam citatus Brun. partes per ann bages & 48

sumptus, idem consequevi posse, qvod Judex, nam pe-

tente parte rationes à judice, solet eas Judex petere

à Collegio & sic partibus communicare. Qvā tamen 49

sententia

16 CAP. I. DE RATIONE DECIDENDI

sententia non adeo liquida, siquidem in hac Facultate aliquoties rationes denegatae sunt, si ad instantiam iudicis rationes datae sint, Judex vero eas partibus communicare nolit, ut mihi hoc relatum a Domino Praeside. Neque ego video quid incommodi alat, si utriusque parti rationes communicantur. Si enim illae rationes Juri conformes sint, facilior erit victoria illi, cui justior causa, & facilius liti ceder ille, cuius iusta causa est, si ex subjectis rationibus bonis, intentionem suam non fundatam esse advertat. Si vero juri conformes non sint, pars eo citius iniquitatem sententiæ docere potest. Hinc in Dicasterio Electorali Pomeranico partibus desiderantibus rationes communicantur, quo inter gravamina rationes sententiæ elidere possint. Conferatur R. J. de anno 50 1614. §. Desgleichen sollen die Procuratores 60. In Principatu Halberstadiensi rationes actis adjiciuntur & foliis actorum insigniuntur partibusque communicantur, idem quoque in Cancell. Quedlinburg. observatur ut ex actis ex utroque loco ad facultatem mensis Februario hoc an. 1707. missis, ipse meis observavi 51 oculis ut & in Consistorio ducali Mecklenburgico, quod hic Rostochii floret, quamvis in reliquis nostris iudiciis contrarium sit receptu. Addatur decretum generale jud. Prov. Meckl. vulgo gemeiner Bescheid von 52 17. Jan. anno 1681. Es geben Ihr. Fürstl. Durchl. hie mit zum gemeinen Bescheide: demnach sich einige Partheyen / nachdem sie aufs ihr Ansuchen auch befundenen wichtigen Ursachen/ transmissionem actorum erhalten / eine Zeit her unterstanden von denen bey den

IN GENERE,

17

bey eingeholten Urtheln eingekommenen rationi-  
bus decidendi copey zusuchen / und dieselbe nachge-  
hens zu missbrauchen/ als wird solches / es sey die Ur-  
thel hieselbst gesprochen/ oder eingeholet / krafft dieses  
gänglich abgestellet/und verbothen/und den Parthey-  
en/deren Procuratoren/ und Advocaten/ bey Strafe  
nach Ermäßigung/Abschrift davon zu begehren/oder  
auß einige Art/ es sey wi; es wolle / zu solicitiren hic-  
mit ernstlich verjoget. Alia qvæstio est an inte- 55  
grum consilium, ab adverla parte petitum, alteri parti  
communicari possit § Qvod affirmo , qvia parti  
facultas obligata non est, ergo eodem modo alteri par-  
ti gratificari pt., uti gratificata est petenti , nisi pars 56  
expresse petierit, ne consilium adversæ parti commu-  
nicetur, tum enim si facultas consilium det , in condi-  
tionem petitam consensisse videtur, qvi casus hoc ipso  
anno 1707. mense Jan, Rostochii contigit. Rati- 57  
onem diversitatis hanc do: si ad instantiam judicis sen-  
tentia feratur,& rationes concipientur, facultas quasi  
induit personam judicis, adeoque nihil agere potest,  
nisi qvod judex ipsi permittit, si vero privatis consili-  
um det, nulli obligatur, nec judicis personam sustinet,  
sed consulentis.

CAP. II.

De

Falsa Ratione Decidendi in Civilibus.

SUMMARIA.

An sententia lata in Civili rationem Decid. sit ipso  
bus, qua falsam exprimit jure nulla n.l.  
D Affir.

18 CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI.

- |   |  |
|---|--|
| Affirmant hoc multi absolute<br>n. 3, seqq.   | Quod affirmatur num. 6.<br>Comprobatur per prejudici-<br>um. n. 66.  |
| Dvorum opinio procedit, si<br>sententia lata contra ius<br>in thesi n. 9.   | Adjicitur sententia nega-<br>tum n. 73.  |
| probatur hoc per rationes n. 12.  | Num iudex si sententiam<br>collegii Juridici, qua lat-<br>ta contra Jura, non cor-<br>rigit, litem suam faciat<br>n. 77. |
| Per authores n. 26.   | An iudex si nulliter judi-<br>cavit, ipse suam sententiam<br>corrigere possit n. 88.                                     |
| Adjicitur prejudicium n. 27.  | Quod affirmatur n. 93.   |
| Non si contrajus in hypotho-<br>si, ab hac enim appellandum<br>n. 30.   | Quid faciendum, si iudex<br>sententiam nulliter prola-<br>tam, mutare nolit n. 102.                                      |
| An sent. lata ex falsis instru-<br>mentis sit ipso jure nulla, an<br>per restitutionem rescin-<br>denda. n. 34.                           | Incidenter de remedio nulli-<br>tatis agitur n. 104.   |
| Quamdiu sententia talis<br>impugnari possit n. 39.  | An pars judicii injuriarum<br>teneatur, si succumbat in<br>remedio nullitatis n. 112.                                    |
| Per compendium ostenditur,<br>quando sententia nulla sit<br>vel non it: quando iudex<br>litem suam faciat & non<br>faciat. n. 46. & seqq. | An pars gravata, si appella-<br>tionem negligat, nihil<br>ominus regressum habeat<br>contra judicem n. 123.              |
| An iudex sententiam col-<br>legii juridici mutare<br>possit, si videat eam esse<br>contra iura n. 57.                                     |  |

**N**isi hactenus generalioribus, ordo jam ju-  
bet, ut sine ulteriori verborum ambage, ad  
rem ipsam paulo propius accedamus, ubi  
statim se se nobis offert quæstio: An sententia  
in civilibus à iudice lata, quæ falsam ex-  
pri:

## IN CIVILIBUS

primit decidendi rationem, sit ipso jure nulla, an vero per appellationem rescindenda? Resp. Sunt nonnulli, qui statuunt, talem sententiam indistincte esse nullam, inter quos Tabor in notis suis ad Coll. Argent. sit. de re jud. & effectu sent. th. 67. in fine Stryck. in int. ad prax. c. 22. §. 5. Math. Wesenb. in parat. ff. de re jud. & effectu sent. in fine, Carpz. in proc. tit. 16. Art. I. n. 71. & Decis. 85. n. 7. Speculum Marantæ P. 6. de sent. quomodo sentent. non transeat in rem judicat. p. 374. n. 118. ubi licet, inquit, alias in sententia non debeat exprimi causa, tamen si exprimatur falsa & erronea, sententia vitiatur & non valit Mev. P. 3. decis. 104. siue sententia sit interlocutoria, siue definitiva Carpz. in proc. tit. 16. Art. I. n. 71. & Decis. 85. n. 7. quia secundum eorum mentem, celsante causa, sententia effectum habere non potest, & corrumpere fundamento, corruit quicquid fundamento superstructum est. Mevius Parte 3. Decisione 104. num. 3. Nimis generaliter jam citati DD. statuunt, sententiam quæ falsa nititur ratione, ipso jure nullam esse, quod tamen non ita simpliciter procedit, potius videndum, an ratio a judice allegata sit falsa in thesi, an vero in hypothesi, seu quod idem est, num sententia sit lata contra jus Constitutionum, num autem contra jus partium. Priori casu quando v. g. judex pronunciat, impuberem posse testari, ætatem, liberos, vel multitudinem tutelarum, non excusare ab aliis, quæ deferuntur. Fratrum & sororum liberos, si soli existent, in stirpes, & non in capita succedere &c. Sententia est ipso jure nulla, modo tandem jus certum sit, & judex sciverit se contra leges &

D.

Con.

19  
3

4

5

6

7

8

9

20 CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI

Constitutiones pronunciare, nam si judex contra legem quidem pronunciat, putat tamen, casum controversum ad illam non pertinere, sententia valet L. cum polaris 32. ff. de re jud. præsertim si probabilem ita existimandi causam habuit Bach. ad Treut. vol. 2. disp. 22. th. 5. Lit. A. L. 2. & 5. C. quando prov. non est necesse L. 1. ff. quæ sent. sine appell. ref. L. si expresse 19. ff. de appell. idem dicendum de sententia lata contra stylum Curiæ, vel conuertudinem per L. 4. C. de sent. & interlocut. Meierus in Coll. Argent. tit. de re jud. n. 5 4. Stryck. in int. ad prax. cap. 22. §. 3. & cap. I. §. 7. id. in Diff. de Stylo Curiae, Mev. P. 2. Decis. 268., utpote quæ vim legis habet §. 9. Inst. de jure N. G. & C. Gail. I. obs. 1. n. 1. Mart. in Ord. judic. Sax. Tit. I. §. 1. num. 55. ratio additur in L. 1. C. quando prov. non est necesse, 12 & hoc est: quod gestum contra jus, firmitatem nullam habeat, vel uti dicitur in lege 14. §. 1. C. de S. Se Ecclesiæ, quia ea, quæ contra legem fiunt, pro infestis habenda. Hinc non opus est appellatione vel leuteratione, l. 1. §. item ff. quæ sent. sine appell. ref. L. 19. ff. de Appell. Brun. ad h. b. Mev. l. c. n. 2. Philipp. in usu pract. L. 4. Eccl. 77. n. 8. Carpz. P. 1. Constit. 26. Definit. 24. n. 1. & 2. Mart. l. c. n. 53. & 56. & ab hoc allegatus Rittershusius L. 5. different. juris Civ. & Can. cap. 90 per totum nam quoties tententia est ipso jure nulla, toties superfluum est appellare, Peretz in C. tit. quando prov. non est necesse n. 1. quod enim nullum est, rescindi nequit id. l. c. de jure tamen Sabaudico testante Fabro ad C. lib. 17. tit. 19. Def. 20. etiam eo casu, quando sententia est ipso jure nulla, ad eam irritandam, appellatio-

ne

## IN CIVILEUS

21

ne opus est, sc. in casu, quo sententia ab inferioribus  
judicibus Sabaudicis, non etiam a judicibus extraneis  
lata id. L. 7. tit. 20. Def. 25. n. 3. Idem qvocq; referente eo.  
dem Mart. Tit. 38. n. 18. praxis Anhaltina recepit per ord.  
judic. tit. 16. §. ult. vers. so sollen/ur & Magdeburgica per  
ord. judic. Elect. nov. cap. 44. §. 1. vers. wann eine gespro-  
chene Urtheil : qvocirca judex ex integro, causam  
djudicare potest, L. I. C. de sent. ex peric. recit L. 2. C.  
§ ex falsis inst. L. 6. C. quando prov. non est necesse,  
quia nondum functus est officio suo, Brun. ad L. 19. §.  
ult. ff. de recept. qui arbit. recip. & sententia nulla,  
sententia dici non potest L. 4. §. condemnatum 6 ff. de  
re jud. ibi : condemnatum inquit Ulpianus accipere  
debemus eum, qvū rite condemnatus est.

16

17

18

19

20

21

Hactenus dictis, qvod nempe sententia contra  
jus in thesi lata, saltim sit nulla, non vero qvæ contra  
jus in hypothesi, valde obstat videtur, Lex. 27 ff. de re  
judicata it. l. 32. eodem, ubi Modestinus respondet,  
sententiam qvæ qvis in usurarum usuras condenma-  
tus est, tranfire in rem judicatam, si a tali sententia  
vel plane non, vel non justo tempore fuerit appella-  
tum. Verum intelligendam legem 27. esse dicit 20  
Brun. ad h. l. de eo casu, quando remedium nullitatis  
cum appellatione fuerit conjunctum, tum enim ap-  
pellatione deserta, etiam qværela nullitatis finita, per  
tradita Dni. Mev. P. 4. Decis. 380., qvam tamen senten-  
tiam non facio meam, nam sententia usurarum usu-  
ras esse solvendas, aperte est contra jus in thesi, ac in-  
volvit nullitatem insanabilem, quo casu licet qvis ap-  
pellationem desertam fieri passus sit, judex tamen si

D 3

nul-

22 CAP.I. DE FALSA RATIONE DECIDENDI

nullitas incidenter seu cum appellatione proposita,  
nihilominus super nullitate pronunciare potest, Blum

22 in proc. Cam. tit. 56. n. 10. Godofredus putat, supponens  
dum esse, Titum in certam quantitatem fuisse con-  
demnatum, non vero expressis verbis in usurarum u-  
suras, quam sententiam quoque fovet Bach. ad Treut.

23 Vol. 2. Disp. 23. th. 5. Lit. A. Verum an contra clara legis  
verba, divinatoria hac explicacione, quis antinomia-  
mam evadere possit, dubito. Forsan rectius dici posset,  
81 legem ex lege explicandam esse, ita ut Praes pro-  
vinciae non crediderit, hunc casum pertinere ad usu-  
rarum usuras, potuit enim actor, per modum inter-  
esse has usuras petere. Quae sententia etiam est Pe-  
retzii in C. quando prov. non est necesse n. 4. Treut:

24 vol. post. Disp. 23. th. 3. ab initio. Legem quod concer-  
nit 32. ff. de re jud. ista intelligenda est, de casu, ubi  
judex quidem fatetur, legem justam esse, non tamen  
existimat, causam praetente per istam juvari, Peretz  
l.c. it. Brun. ad h.l. quo casu per supra deducta, sen-  
tentia non est ipso jure nulla.

25 Firma itaque manet thesis nostra :  
quod sententia contra aperta jura lata, vel ex-  
pressum juris errorem continens, sit ipso jure nul-

26 la. Quam sententiam quoque plurimi, & fere  
omnes D.D. amplectuntur, vid. Peretz in C. tit. quan-  
do prov. non est necesse Brun. ad L. 32. ff. de re jud. Rey-  
gerus in thesauro suo Lit. S. p. IIII. n. 49. Mascardus  
de probat. Conc. 258. n. 10. Mart. ad ord. judic. Sax. tit. I. §. 1.  
n. 54. Brun. in proc. Civ. cap. 27. n. 67. & ab hoc allega-  
tus Vant. de null. tit. quovides & intra quod tempus n. 8.

27 Philipp. in usu pract. L. 4. Ecol. 77. num. 8. Atque juxta  
hoc

## IN CIVILIBUS

23

hoc dogma, prouinciarunt Scabini Lipsiensis, Mensis Sept. 1635. ad requisitionem Hans Einer's Kinder zu Halbach hisce verbis. Ist Melchior Einer Todes versfahren, und hat euch / seines Bruders Hansen 6. Kinder an einen/ des andern Bruders Caspary's Kinder am andern/ und der Schwester Kinder am dritten Theil / nebst einer Erbschaft nach sich gelassen. Ob nun wohl von dem Gerichts-Berwalter ein Be-  
scheid gegeben/ und euch des Bruders Hansen 6. Kin-  
der/mehr nicht/dann ein dritten Theil der Erbschaft  
zugetheilet. Dieweil aber solcher Abschied wieder  
klare Rechte/vermögewelcher/oberwehnete Erbschaft/  
unter die sämpliche Erben nicht in stirpes, und nach  
denen Stämmen/sondern in capita, nach der Person-  
nen Anzahl/ vertheilet werden sollen/ so ist auch ob-  
berührter Abschied nichtig und unverblütligh. Qued 28  
præjudicium videri potest apud Mart. & Philipp. l.c.  
Eodem modo in causa Caspar Hensels, contra Mar-  
tin Jägern zu altmügeln mense April. 20. 1636. pro-  
nunciatum esse testatur Carpz. P. 1. Conf. 26. Dcf. 24.

In casu posteriori & secundo, quando judex 30  
contra jus partium, vel contra jus in hypothesi sen-  
tentiam fert, v. g. si de ætate testantis qværitur,  
pronunciat, implevisse defunctum annum aetatis 14,  
vel si volentem se excusare a tutela, beneficio libero-  
rum, & probantem se tot habere liberos, qvot sunt  
necessarii ad excusationem, dicat, eum non probasse  
liberorum numerum &c; tum sententia subsistit, 31  
& per appellationem venit rescindenda L. 2. C. quan-  
do prou. non est necesse, L. 32. ff. de re jud. l. 1. & toto tit.  
ff. de

**CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI.**

ff. de appell. addatur R.I: de anno 1654. §. 21. verba: so  
sollen zu Verhütung vergleichener unnöthigen Ge-  
bäncks/in allen beyden Fällen/das ist a sententia tam  
nulla, quam iniqua, daß fatale interponendæ observi-  
ret/darüber auch hinführō bey unsern Cammergerichts/  
festiglich gehalten werden; Brun. ad L. 1. C. quando  
prov. non est necesse, Peretz ad eundem iij. n. 6. Carpz. P. I.  
Const. 26 Def. 24. Mart. ad Ord. judic. Sax. Tit. 1. § 1. n. 80. &  
seqq. Zigl. de jur. Majest. L. I. cap. 34. n. 13. Wefenb. in  
paratit. ff. de re jud. n. 8. ibid. Hahnus, Card. Tusch.

32 Lit. S. Conc. 141. & Conc. 156, qvā etiam iudex male  
decernens, jus facere dicitur in L. 11. ff. de just. & jure  
& L. 55 ff. de re jud. Zigl. l.c. Mart. dictol., hinc si in-  
tra 10. dies a sententia injusta, non fuerit appellatum,  
illa transit in rem judicatam Wefenb. l.c. & DD. pas-  
sim, ac ex albo nigrum, ex nigro album facit, adeo  
ut nec Principali rescripto, retractari possit L. fin. C  
sent. resc. non posse, Partes enim tacendo per decem  
dies, sententiam approbasse censemur Carpz. in proc.  
tit. 16. art. 4. n. 9, qvare etiam in L. 156, dere jud. conju-  
nitur res judicata, jus jurandum, & confessio. Imo

33 convenit res judicata, ratione vinculi cum transactio-  
ne, ut, quemadmodum transactio, ita & res judicata,  
sub prætextu noviter repertorum instrumentorum,  
rescindi non possit, L. 4. C. de re jud. L. 27. ff. de Except.

34 rei judicata Carpz. l.c. n. 4. Aliter sepe res habet, si  
ex falsis instrumentis sententia lata, hæc enim non va-  
let. An vero sit ipso jure nulla, an per restitutio-  
nem rescindenda, valde ventilatur inter DD. Poste-

35 riori sententiæ favet textus in l. 33. ff. de re jud. ibi; in  
intc.

integrum restitue & hanc sententiam receptam ac communem esse , testatur Scaccia de sent. & re jud. Brun. ad L.2.C. si ex falsis inst. qui tamen ad L.33. ff. de re jud. sibi contrarius est, quando statuit, sententiam ex falso documento latam , esse ipso jure nullam. Priorem vero opinionem, qvod talis sententia sit ipso 36 jure nulla , & hinc vocabulum restitutionis abusive tantum in L.33. ff. de re jud. adhibeatur , defendunt Peretz ad tit. C. si ex falsis inst. Zoesius in Com. ad ff. tit. de re jud. n.54. Sententiam hance probant per 37 L.r.C. si ex falsis inst. ubi falsum instrumentum qvod securus judex est, facit rei judicata non esse suam vim, it. per l.2. eodem qvæ dicit: probata falsitate ex integro causam audiendam esse. Plures leges pro hac sententia pugnantes vid. apud cit. Peretz & Zœl. Qvod si 38 causam hujus concordationis inquisiveris, nulla alia suberit, qvam illa, qvod admissa restitutione in integrum, sententia intra quadriennium, impugnanda foret, qvod & asserunt Scaccia de sent. Bach. ad Treut. Vol.2. Disp.23. th.5. L.7. Brun. ad L.33. ff. de re jud. n. 4. qui tamen n.7. sententiam suam corrigit, dum putat, intra 20. annos retractari posse sententiam, ratio ejus haec est , qvia sententia impugnatur ex crimine falsi, ex quo intra spatum 20. annorum adhuc agi potest. Illi qui nullam dicunt sententiam, latam ex falso instrumento, tricennalem admittunt impugnationem. Sed corruit haec controversia, si quis cum Magnifico 39 Dno. Stryckio in usu mod. ff. de restit. in integ. S.3. sta- tuere velit, restitutionem hanc juris Civilis esse, cum competat ex Relcripto Divi Hadriani, dict. L.33. ff. de

18. CAP. II. DE FALSATIONE DECIDENDI.  
re iudi. & L. 2. C. si ex falso inst. qvo casu secundum o-  
pinionem jam cit. Stryck tempus 30. annorum utro-  
biqve salvum foret, qvod DD. tanto conatu dissen-  
tientes non adverteisse valde miratur Dn. Stryckius l.c.

40. Thesi nostræ secundæ sententiam sc. qvæ contra  
jus in hypothesi lata, esse saltim injustam, & nisi ap-  
pellatum fuerit, transire in rem judicatam, posteaque  
retractari non posse, contrariatur primo intuitu L. 33.  
ff. de re iudi., sed continet hæc lex exceptionem a reg-  
ula, qvod nempe etiam contra sententiam, qvæ lata  
est adversus jus partium, sed ex falsis testimoniis

41. restitutio peti possit. Eodem modo concilianda lex  
unica C. de sententia adversus fiscum lata, ubi dicitur,  
qvod res judicata in negotio publico, propter instru-  
menta noviter reperta, retractari possit, atque ita in

42. Academia Viadrina pronunciatum esse testatur  
Brun. ad h. legem qvi præjudicium allegat, qvod Ci-  
ties, qvibus sententiâ, solutio certæ summae, a Senatu  
mutuo acceptæ, injuncta, contra sententiam, qvæ jam  
transierat in rem judicatam, fuerint admissi, qvia ex  
documentis denuo repertis apparuit, pecuniam nun-  
qvam in Civitatis utilitatem versam esse. Idem

43. qvoqve dicendum de lege 31. ff. de jure. qvæ casum  
continet, qvod præstito juramento necessario, causa  
iterum ex integrō tractari, & sententia retractari possit.  
ob instrumenta noviter reperta, ex qvibus appetat,

44. falso juratum esse. Alias Plures ampliationes, ubi sen-  
tentia, saltim contra jus partium lata, non transit in rem  
judicatam vide apud Mart. ad Ord. iud. Sax. tit. I. §. 1. n. 80.  
Zigl.

## IN CIVILIBUS

47

Zigl. de offic. & delict. judicum concl. 45. §. 3., inter quas  
 & haec, si judex per sordes deductus atque corru-  
 ptus fuerit ad pronunciandum L. 1. C. de pæn. judic. male  
 Judicantis ibid. Auth. novo iure, l. 7. C. quando pro. non  
 est necesse Zigl. l. c. secus se res habet si judex ex gra. 45  
 tia male judicavit per cit. Auth. novo iure L. 65. §. 2. ad  
*SCiam Trebelli*; addatur elegans textus ex sacris 2. Parah.  
 19. v. 17. ubi Iosaphat dicit non est apud Deum Dominum no-  
 strum iniquitas nec personarū acceptio, nec cupido munerū. 46  
 Et ut in compendium redigamus, quæ hactenus pro-  
 lixe dicta, ea hic quasi in tabula exhibere placet. No-  
 tandum itaque judicem perperam judicare, vel ex 47  
 proposito, vel ex imperitia. Propositum hoc vel 48  
 simplex est, vel gratiam habet admixtam, vel sordes.  
 Ex simplici proposito judex judicat, vel contrajus ex-  
 pressum, vel contra jus dubium. Expressum illud 49  
 jus vel in thesi pervertitur, vel in hypothesi. Quando  
 judex contra jus in thesi pronunciat, sententia est ipso  
 jure nulla, quando vero contra Jus in hypothesi, subsi-  
 stit quidem sententia, judex tamen nihilominus litem  
 suam facit. De jure dubio ( qvod vel in se tale, vel 50  
 propter disputationes JCtorum ) si pronunciat judex,  
 substitit sententia Richt: in Auth. novo iure C. de pæn.  
 judic. male judicant. n. 3. L. 2. C. quando prov. non est ne-  
 cessere & L. 19. ff. de appell. quia tum non contra jus Con. 51  
 stitutionis centeretur pronunciasse judex, Zigl. de Juris  
 Majeſt. L. 1. Cap. 34. n. 13. nec judex litem suam facit,  
 id: de offic. & delict. judicium conc. 45. §. 3. Qvod si por-  
 ro per sordes corruptus fuerit ad pronunciandum, sen-  
 tentia est ipso jure nulla, sive sit adversus jus in theſi,

E 2

five

28 CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI

sive in hypothesi L. 7. C. quando prov. non est necesse, & Judex litem suam facit, insuper infamiam contrahit, L. 2. C. de pœn. Judic. male judicantis & repetundarum te-

52 netur L. 3. ff. de Lege Jul. repetundarum. Novissime Justinianus addidit, ut Judex corruptus, pecuniaæ quam eo nomine accepit triplum, & ejus cuius præmissionem suscepit, duplum Fisco præstet, cingulo dignitatis amissio, & si criminalis causa sit, confiscatis omnibus bonis, in exilium mittatur. Aut. novo jure C.

53 de pœn. judic. male judicantis. Et hoc adeo verum est, ut etiam sententia in se justa, adhuc tamen ipso jure nulla sit, uti vult. Zieg. l.c. § 141. Brun. ad L. 7. C. quando

54 prov. non est necesse. Qvod si per gratiam judex male judicaverit, subsistit quidem tententia L. 65. §. 2 ff. ad SCtum Trebell. ibit ambitio se juberet, sed præter litis æstimationem infamia notatur judex dict. L. 2. C. de pœn.

55 Judic. male judic. Denique quando per errorum aut imperitiam, male Judicavit judex, sustinetur sententia, quia Reipub. interest, non convelli rerum judicatarum autoritatem, uti dicitur in L. 65. ff. ad SCtum Trebell.

56 Judex tamen & hoc casu litem suam facit, interim tamen parti gravatae condemnatur solum in tantum, quantum pro ratione erroris admissi, æquum religioni judicantis visum fuerit, pr. 128. de obligat. que ex quasi delicto nasc. L. ult. C. de extraord. cognit. Peretz, in C. ad tit. de pœn. judic. male judicantis.

57 Explicatum haec tenus est, quo casu tententia nulla sit, propter rationem decidendi falsam, & quando opus sit appellatione. Nunc pertractare lubet; An

58 judex, qui acta ad facultatem Juridicam misit, ejus respon-

## IN CIVILIBUS.

29

responsum corrigere possit, si videat rationem decidendi taliam esse. Resp. distingvendum mihi videatur, an Judex Facultatem consulat, pro sua tantum informatione, an vero cum consensu partium, ad extra-neos acta mittat, ut extranei illi, sententiam concipient. Priori casu extra controversiam, eam mutare potest, 59  
 Hopp. ad §. 8. inst. de Jure N. G. & C. Blum. in-  
 proc. Cam. tit. 46. n. 20. ratio est, qvia consilium non  
 necessitat, sed ab arbitrio ejus, qui consilium petit, de-  
 pendet, (num vero Judex, si consilium peritorum se-  
 cutus, male & contra legem pronunciavit, item suam  
 faciat, an vero ab omni culpa vacuus sit, vide apud  
 Zieg. de offic. & delict. Judicium conc. 45. § 6. & seqq.  
 ubi hanc quæstionem cum distinctionibus valde pro-  
 lixe tractat. ) Posteriori casu judex quidem non  
 facile a sententia Collegii alicujus juridici recedit  
 Brun. de jure Ecclesiast. L. 3. cap. 9. §. 4. Mev. P. 2. Decis.  
 261. interim tamen & hanc corrigere potest, modo  
 sit lata contrajus in thesi, quo etiam refero jura statu-  
 taria, ac provincialia, Steph. de Offic. judicis & ab hoc  
 citatus Schrader de feudis P. 10. Sect. 14. n. 3. Judi-  
 cis enim consilium est, ex quo JCti extranei ferun-  
 tur, id vero sequi, non ultra necessarium, qvam quate-  
 nus rationabile & justum. Mev. Cons. 39 n. 197. ideoque  
 non aliter valet, qvam si judex valere vult pro senten-  
 tia, Marant. in Speculo P. 6 tit. de sent. n. 11. Mev. P. 2.  
 Decis. 268. ubi illud saepius factum esse testatur, verba.  
 ejus l.c. ita sonant: *Haud raro factum scio, quod* 63  
*cum contra jura, & mores provincie, sententia aliunde*  
*petita sonuit, iuxta errorum manifestum emendaverit.*  
 Annectere hic quoque placet, ejusdem authoris ver-

E;

ba,

30 CAP. II. DEFALSA RATIONE DECIDENDI.

- 64 ba, quæ Conf. 39. n. 137. inventiuntur: Manet inquit iudicibus arbitrium & judicium, super ea, que JCTi peregrini sententia loco concipiunt. Qvod enim patrius moribus, circa transmissiones involuit, non derogat indicum postfati, quin exigente ratione, cum in opinionibus JCTorum, quicquam erroneum, iniustum, aut actis non consonum comprehenditur, corrigerem, emendare, aut publicatio nem omittere valeant. Imo memini, aliquando, sententias iuri contrarias, jam publicatas, esse depositas, alias <sup>g</sup> surrogatas, addatur Excellentissimi Domini Joach. Christoph. Kochii praxi fori Germ. P. 4. cap. 33. §. 7. it. Philippus Zannschleißerus ad Mev. Decif. & quidem ad partis 2. Decif. 263, ubi præjudicio confirmat, judicem, sententiam JCTorum extraneorum, propter evidentem nullitatem mutasse. Verba ejus hæc sunt:
- 65 In Liquidations Sachen S modo H/ contra Wittib von D/ lässt man es auff eingeholeten Raht / unpartheyischer Rechtsgelehrten / so viel zujorderst daß jumentum betrifft / bey der den 17. April. beschehenen
- 66 Ablegung bewenden. Belangend den punctum pensionum, so sind biß ad annum 1660. den Edict gemäß / ohngeachtet des / den 12. Januar. 1690. publicirten Bescheides / nicht s/ sondern 6. pro cent zu rechnen. Denn was diesen Punct betrifft / so ist unstreitig / daß in der Obligation 6 procent stipuliret seyn. Es ge
- 67 dencket zwar die D Wittib / sich dadurch von 6 pro cent los zu machen / weil in der / den 12. Januar. 1690. publicirten Urtheil / nur 5. pro cent adjudiciret seyn / Gleichwie sich aber num. actorum s/ Lit. A. ein Hoch Fürstl. M. Edictum findet / darin sub dato den 1. Jan. 1660. verordnet ist / daß / daserue in einer Obligation, 6. Pro-

IN CIVILIBUS

6. Procent versprochen worden/ selbiges weiter nicht/  
als usq; ad annum 1660. gelten/ und hernach nur r.  
Procent gerechnet werden sollen/ also ist hergegen klar/  
dass die Jcti extranei, davon keine Nachricht gehabt/ 70  
und deswegen nach Reichsschluß-mäßigen Taxt, nur  
3. Procent zugesprochen/. welcher error contra expressum Statutum, in keine Consideration kommen kann.  
Denn wann man gleich in casu, ubi dubium est Statutum, die Sententiam den Statuto vorziehen wolte / so  
ist doch selbige Opinio, nicht ausser Zweifel/ aber wann  
das Statutum klar ist/ die Jcti peregrini über dat wider  
gesprochen / so kan der iudex, qui acta transmisit, den 71  
Errorem ohne Weitläufigkeit corrigiren/wie dieses  
unter andern städtlich deduciret Mev. P.z. Decis. 168.  
Huc usque Zaunschleiferus, à cuius opinione plane  
recedit Dominus Stryck: in addit. ad Brun. Jus Ecc. &  
quidem ad L. 3. Cap. 9. §. 4: Hopp. in Com. suo ad insti.  
p.m. 41. Rennemannus de transmissione actionum Cap. 13: 73  
n. 1. & seqq. Blum. in proc: Cam. tit. 46. n. 20. qui sta 74  
tuunt, Judicem, si à Facultate Juridica, sententiæ con-  
ceptionem petat, illam ita publicandam esse, sicut con-  
cepta, & si partes se gravatas sentiant, appellatione,  
aliove simili remedio utendum. Qvod quidem con-  
cedo, si partes elegerint peritos. ad qvos mitti debe- 75  
ant acta, & expresse convenerint, qvod sententiæ  
parere velint, tum enim promiserunt partes in pru-  
dentes, & Judex saltim nudum suum confert ministri-  
zium, Zogl. de offic. & del. Judic. conc. 45. §. 9. Sibi ergo 76  
habeant, si quid iniqvi acceperint, à qibus Justitiam  
expectarunt, nec judicem delicti reum facere possunt,  
præprimis si nihil ille omisit, qvod diligentem ac soli-  
citum.

32 CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI.

77 citum Judicem decet. Verum extra hunc casum sta-  
tuo; Judicem omni jure sententiam collegii alicujus Ju-  
ridici , si videat, eam esse contra Jura, corrigere, mu-  
78 tare, ac plane aliam ferre posse. An vero Judex litem  
suam faciat, si non mutaverit talem sententiam, alti-  
79 oris erit indaginis. Defendi hoc qvidem aliquo mo-  
do posset, qvoniā uti ex supra deductis appetat , ju-  
dicis consilium est, ex quo JCti extranei feruntur, &  
sententia Collegii alicujus Juridici, autoritatem suam,  
demum accipit, ab ipso Judice Mev. P. 3. Decis. 261. Carpz.  
80 in Proc. tit. 16. art. 1. num. 43. tententia enim nondum  
publicata, non est tententia, Mev. Cons. 22. num. 5.  
Mart. ad Ord. Judic. Sax. tit. 34. §. 1. n. 198. qvare etiam  
DD. communiter negant, sententiam à peritis conce-  
ptam, nisi Judex suo nomine pronunciaverit, consiste-  
re, Gail. 2. Obs. 3. num. 18. Jason. in L. 47 ff. de Jure cur.  
Hyppol. de Mart. in Pract. Crim. Felinus in Cap. pro-  
81 posuimus X. de probationibus, hancqve enatam esse for-  
mulam putant: Wir B. und R. der Stadt N. erkenn-  
nen nach gehalten Rah der Rechtgelehrten für Recht.  
Stante vero hac thesi, idem foret, an ipse Judex sen-  
82 tentiam concipiatur, an per alios. Qvæ omnia eo ma-  
gis procederent, qvando Judex in eligendis consulto-  
ribus, culpam admisit, & non idoneos elegerit, præser-  
tim si causa fuerit ardua; maximam hominis faculta-  
tem concernens, & non procul diffiti sunt peritiores.  
83 Defendi uti dixi hæc opinio quidem possit, quam  
etiam inter alios tenet Frantz. Ex. 12. th. 10. Berl. P. 1. conc.  
84 59. n. 5. Sigis. Scac. de sent. Vantius de nullitate ex de-  
fectu Jurisdict. n. 152., interim tamen eam non ample-  
ctor. Mihi rectius distinguendum videtur, an in loco,  
qvo

IN CIVILIBUS

Qvō sententia publicatur , moris sit, ut Judex, senten-  
tiā ab actis removere, & separatim perlegere possit,  
uti hoc Hamburgi receptum, ubi in literis reqvisito.  
riis scribere solent : Es wollen die Herren die Acta  
wann sie fürhero auswendig rubriciret / mit dehro  
Facultät Insigel/also versiegeln und verwahren lassen/  
dass dieselbige verschlossen bleiben/und die Urte/ samb  
dehn rationibus decidendi, davon genommen wer-  
den können. An vero in præsentia partium resigne-  
tur & publicetur sententia. Priori calu, omnia de-  
pendent ex approbatione Domini Judicis , adeoque  
idem erit, ac si ipse sententiam concepisset. Poste-  
riori autem calu, Judex item suam non facit, si sen-  
tentiam publicari curaverit, prout à Facultate ex-  
tranea concepta est , qvia hoc casu Judici adempta  
Facultas, & tempus, sententiam ponderandi, ac de ea  
judicandi.

Diximus supra, sententiam contra Juralatā, esse  
nullam, & Judicem teneri ad interesse, hinc qvæstio  
oritur. Annon Judex, si videat le nulliter judicasse,  
possit sententiam suam mutare , atqve sic omne  
damnum effugere? Resp. putant regulariter. DD., in  
sententia interlocutoria hoc quidem procedere, qvia  
ea causam non perimit L. 9. C. de sent. nec Judex hoc  
casu officio suo defunctus dici potest, Bach. ad  
Treat. vol. 22. Disp. 23. th. 1. Lit. E. Zigl. de offie. & delict.  
Judic. conc. 16. §. 41. qvod confirmatur per textum  
in legi 14. ff. dere jud. ubi Celsus scribit : qvod iussit,  
vetuitve Prætor, contrario imperio tollere, atqve repetere  
potest, de sententia contra, Brun. ad b. l. in sententia  
vero definitiva, id non licere per cit. L. 14. de re Judi-

F

cata

26 CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI

- 91 *cata Steph. de offic. Judicum L. 6, Cap. 2, num. 10. Stru-*  
*vius in Synt. Jur. Civ. Ex. 44. ib. ii. qvoniā hic fini-*  
*tum officium judicis, & alteri parti jus qvæsitum*  
*L. 55. &c. 62. ff. de re Jud. L. 1. C. sent. res. non posse Steph.*  
92 *l.c. Ernest. Coth. Resp. 49, num. 71, hocqve tum ea*  
*magis obtainere dicunt, qvando sententia publicata;*  
93 *transfit in rem judicatam. Qvod qvidem concedo,*  
*de sententia definitiva, qvæ est lata contra jus in hy-*  
*pothesi, (quamvis magnum, litium abbrevienda-*  
*rum foret remedium, judicibusque ac Consistorio*  
*præstaret, si Princeps judici tribueret facultatem,*  
*hanc quoqve corrigendi Brunn. de Jure Ecclesiast. L.*  
94 *3, Cap. 10. §. 12.) Ast non de sententia, qvæ est con-*  
*tra ius in thesi, utpote qvalem sententiam Judex, sive*  
*nunc ista sit interlocutoria, Wesenb. in parat. ff. tit. de re*  
*Jud. num. 10, sive definitiva, corrigerere potest Ummius*  
95 *Diss. 19. n. 61. Maranta P. 4. Diss. 5. n. 51. qvia est ipso*  
*jure nulla, indeq; non dici potest sententia L. 59. §. ult.*  
*ff. de rejud. L. 4. §. condemnatum ff. de rejud: ubi: con-*  
96 *demnatum inquit Ulpianus cum accipere debemus, qui*  
*rite condemnatus est, ut sententia valeat. Ceterum se*  
*aliqua ratione, sententia nullius momentisit, dicendum,*  
*condemnationis verbum non tenere, addatur L. 1. C. de*  
97 *sent: Imo functus nondum est judex officio suo, L.*  
*19. ff. de recept. qui arbit recip. Brun. ad h. L. nec pro-*  
*prie sententia talis rescindi, dici potest, qvoniā id,*  
*quod jure factum non est, pro eo debet haberi, ac si*  
98 *factum non esset. Inde etiam sententia manifesta*  
*nullitate laborans, nullum producere potest effe-*  
*ctum L. 5. ff. de LL. lex quoties 6. ff. qui satisd. coguntur,*  
*Zoesius*

## IN CIVILIBUS

27

Zoesius in Com. ad ff. tit. de re jud. n. 10r. Zigl. dict. l. §. 4.  
 aut transire in rem judicatam, Steph. cit. tr. L. 9. Cap. 23.  
 n. 1. Mev. P. 6. Decis. 256. n. 5. Sententia vero, qvæ ipso 99  
 jure nulla indeq; non transit in rem judicatam, ab  
 eodem judice retractari potest, Blum. in proc. Cam.  
 tit. 29. num. 24. Ummius Dilp. 19. num. 21. & ult.  
 Mev. P. 6. Definit. 256. qvi pluribus hance opinionem  
 defendit. Et licet regulariter, sententia contra sen- 100  
 tentiam non valeat, hoc tamen non procedit, ubi prior  
 sententia nullitatis vitio laborat Mev. dict. l. n. 5. Ceph.  
*Conf.* 317. n. 58. Lib. 3. Dictis obstat qvidem videtur 101.  
 lex 55. ff. de re Jud. ubi dicitur: *Judex postquam semel*  
*sententiam dixit, postea Judex esse definit,* & hoc jure uti-  
 mur, ut *Judex, qui semel vel plus, vel minoris condemnavit,*  
*amplius corriger sententiam suam non posse,* semel enim 102.  
*bene, seu male, officio suo functus est,* verum illud sic  
 accipiendum, si nulliter non pronunciatum fuerit,  
 alias enim, sententiam nullam, sine dubio Judicem  
 corriger posse statuo. Quid vero faciendum, si eam  
 mutare nolit? Resp. superlunt adhuc remedia  
 sumpensiva, v. g. remedium appellationis & nullitatis,  
 qvod ultimum, licet fatalia appellationis neglecta,  
*Stryck. in introduct. ad prax. Cap. 21. §. 26.* intra 30.  
 annos, adhuc proponi potest, qvi tamen terminus,  
 per R. I. de Ao. 1654, restrictus est, ita, ut regulariter nul-  
 litatis qværela, intra decendium movenda, nisi nullit-  
 tas sit insanabilis, si sc. vel substantialia processus  
 neglecta, vel contra Jus in thesi pronunciatum,  
 &c. cæt. Per ord. nost. Cancel. & provincialem P. 2. tit.  
 36. expresse constitutum, ut quis intra 6. septima-  
 pas, qværelam nullitatis proponat, qvod etiam in

F 3

summo

103

104

105

28 CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI

summo Tribunal Regio Wismariensi, Dicasteriis Pomeranicis, & foro Lüneburgico obtinet. In Sa-

106 xonia terminus est 6. Wochen. *Lage.* Possunt hæc duo remedia nullitatis, & appellationis, proponi vel cumulative, qvando nullitas cum appellatione alternative conjungitur Minst. 4. Obs. 63. & 5. Obs. 91. Peretz. in C. tit. qvand. prov. non est necesse, vel separa-

107 rum Struv. in Synt. Jur. Civ. Ex. 50. th. 8. estque in arbitrio gravati, an qværelam nullitatis coram Ju- dice inferiori, an superiori movere velit Gail. L. 1.

108 Obs. 117. n. 6. Blum. in proc. Cam. tit. 56. n. 25. qui te- stantur, hodie ex ulu fori, ubiqve fere obtainere, qvod Judex appellationis, & sic superior, super nullitate 109 cognoscenda, adeatur. Magna interim est differen- tia, an nullitas principaliter, an vero incidenter, in judicium deducatur, seu qvod idem est, an nullitas sine appellatione, an vero cum appellatione propo- natur. Priori modo uti vult. Blum. 4. c. nullitas dum-

110 taxat in sanabilis in Judicium deduci potest. Poste- riore autem, tam sanabilis, quam insanabilis, hac tamen obseruata distinctione, ut si nullitas sit insa- nabilis, appellationi non noceat, si forsitan qvis ap- pellationem desertam fieri passus fit, sed Judex nihilominus super nullitate, pronunciare queat, si vero

111 III nullitas sit sanabilis, & sic sententia non possit dici nulla, sed saltim iniqua, Judex appellationem, & eo ipso quoque qværelam nullitatis, desertam tacite pro- nunciat, nam nisi à sententia tam nulla, sanabili puto, quam iniqua, intra decendum appelletur, ea tran-

112 sit in rem judicatam per R. I. de Anno 1654. §. 21. La- tinus hæc omnia deduci posset, sed qvoniā inciden- ter

## IN CIVILIBUS

29

ter, de remedio nullitatis saltim egī, pedem hic figo.  
 Immilcenda tamen adhuc erit, una atq; altera qvæ-  
 stio, qvarum prima hæc est; An si pars fententiam  
 accuset nullitatis, qvia falsa rat: dec: Judex nūs  
 fit, sed succumbat, Judici teneatur injuriarum? Qvod 113  
 negatur, si scilicet probabilis querulandi causa adfuit,  
 Carpzov. *in proc. tit. 19. arc. 3. num. 26.* qvæ propter  
 præstitum Juramentum malitiæ præsumitur, siqvæ  
 dem nemo salutis æternæ immemor censetur, ne di-  
 cam, qvod regulariter causæ præcedat cognitio, an 114  
 probabilis adfit causa, querelam nullitatis institu-  
 endi, vel non. Mart. *ad Ord. Jud. Sax. tit. 38. n. 62.*  
 qvod si vero dolus probari possit, merito actio inju-  
 riarum datur. Mart. *ad Ord. Jud. Sax. tit. 5. §. 4. n. 48.* id  
 qvod indigitare videntur, verba ord. nost. Canc. ubi  
 dicitur: Und da die angegebene Nullitas, aus denen 115  
 Acten nicht beygebracht/ soll der querulant nach Be-  
 schaffenheit der Sache mit ernster Straffe belegt wer-  
 den. Hinc itaque ad remedium nullitatis confugi-  
 ens, ab injuriarum affectu remotissimus esse videtur,  
 licet solennem illam protestationem, salvo honore ju-  
 dicii, vel Dominorum Concipientium non adjiciat,  
 Menkenius *in Dissert. de probatione animi inferendæ in-*  
*juria num. 21. Schvvendorff in processum fibigium P. 1.*  
*Cap. 2. memb. 3. §. 19. num. 41. Befoldus de appell. cap. 1.*  
*n. 6. Brun. in L. 8. §. 1. ff. de Appell. Zigl. de juribus*  
*Majest. L. 1. Cap. 30. n. 6. nam remedium nullitatis, ut 116*  
*imperitiam judicantium corrigeret, publico jure in-*  
*troductum est, L. 1. ff. de appell. qvare etiam dicitur*  
*commune auxilium, & miserorum configium*  
*Mart. *ad ord. jud. Sax. tit. 38. n. 5.* nec judicem oportet 117*

F 3 inju-

30 CAP. II. DE FALSATIONE DECIDENDI.  
injuriam sibi fieri existimare, eo, qvod litigator ad  
legitima remedia convolavit inquit Constantinus  
in L. 20. C. de appell. qui enim jure suo utitur, aut be-  
neficium Jure communi indultum, cum opus est u-  
surpat, nemini facit injuriam L. si duorum 42. fide ab  
empt. Carpz. in jurispr. forensi P. I. Conf. 29. Def. 27.  
Merckelbach apud Klockium Vol. I. Conf. 37. n. 209.  
Matthi. Steph. de officio Judicis, Lib. 7. Cap. 1. num. 1.

119 qvod si vero quis utatur verbis injuriosis, Judici do-  
lum, fordesve & cetera imputando, actionem injuri-  
arum effugere non potest L. 8. ff. de jure iurando L. 42.  
ff. eodem Hill. ad Donelli Com. L. 28. Cap. 6. Brunn.  
ad cit. L. 8. Mev. P. 4. Decis. 146. Menkenius in circ.

120 Diss. th. 20. hinc querulantem modestum esse opor-  
tet, & cavere, ne Judici seu concipienti convitium  
faciat, alias plectitur, L. 8. ff. de appell. L. 42. ff. de injur.  
Rittershusius ad Novell. P. 10. Cap. 7. n. 12. Brunn. addic.

121 L. 8. n. 1. Adeo ut nequidem pars, quæ Judici con-  
vium dixit, appellare possit, si Judex in epistola, que  
acta ad peregrinum Collegium transmisit, inter alia  
addidit: Es wolle der Urteilsfasser zugleich wegen  
der Injurien / So den Richter durch die angültige  
Schriften zugefügert sind/und was dadurch verschul-  
det/urtheilet / si quidern de injuria nondum Judicas-  
tum, sed Judicandum, & est tantum remissio ad ulte-

122 riorem cognitionem, nec imposita est collegio ne-  
cessitas, hoc pro injuria habendi L. 40. ff. de jud. Brunn.  
ad L. 8. n. 4. ff. de appell. Altera quæ adhuc enu-

123 cleanda quæstio, in eo consistit, An pars gravata per  
iniqvarum sententiam, si appellationem negligat,  
regressum adhuc habeat, contra Judicem, qvod  
affirma-

quod affirmamus. Qvamvis enim talis sententia, si appellatio neglecta, inter partes valeat, & Jus faciat, respectu tamen Judicis, nunquam transire potest in rem Judicatam. Qyinimo tenetur Judex ad interesse, etsi pars gravata appellationem interposuerit, eamque deseruerit, vid: Farinac. in Præt. Crim: qvæst.

3. n. 509. Oldendorp in *in class. act. 1131.* Licet namq; 125  
tum ipse appellans, in culpa esse videatur, & sententiae veluti aqvievisse censeri possit, ea tamen deserto, adversæ tantum parti prodest, non Judici. Atq; hanc notabilem esse dicunt praxin, qva appellans, 126  
qui appellationem non est prosecutus, & per id beneficio appellationis est privatus, contra ipsum Judicem à qvo, qui iniqvam sententiam tulit. Juvatur Georg. Schultz, *in not. ad tit. Instit. de obl. qvæ ex quasi del. nasc.* Frid. Hiltrop. *de proc. P. 4. tit. 16. num. 18. & tit. I. num. 72.* prolixè hancce qvæstionem disqvirit Gabr. Alvar. *de Velasc. tr. de judice perfecto rubr. 4. annot. 5. it. Barbosin. L. fil. fam. 15. ff. de judic. num. 52& seqq.* qui etiam d. l. qvæstionem tractat, an Judex male sententiam ferens, si parti satistecerit, de damno, hac ratione illato, regressum instituere possit, contra adversam partem, qvæ lucrum ex iniq; ilia sententia percepit.

### CAP. III.

#### De Falsa Ratione Decidendi

in Criminalibus.

### SUMMARIA.

*An sententia in criminalibus lata, contra jus in thesi*

## CAP. II. DE FALSA RATIONE DECIDENDI

thesi, sit ipso jure nulla?      innocentem repertum,  
Aff.                                num. 1.      sententiam suam p̄-  
Num idem dicendum, si latet      terlapsis 10. diebus mu-  
contrajus in hypothesi n. 3.      tare possit.      n. 17.  
Negant hoc nonnulli      n. 4.      De jure Communi hoc mul-  
Nostra adjicunt opinio n. 6.      ti negant      n. 18.  
Agitur incidenter de privi-      Affirmauit tamen senten-  
legiata inquisitorum de-      tia, ad minimum secun-  
fessione      n. 9. & seqq.      dum aequitatem verior  
Quanam causa propri-      n. 19.  
criminalis sit      n. 15.  
Num judex damnatum ex      Quid juris in matrimoni-  
falsa ratione, sed postea      alibus, si ratio deciden-  
                                      n. 24.



I Rogredimur jam ad causas criminales, in  
qvibus nihil singulare occurrit, si ratio de-  
cidendi falsa in thesi, siquidem sententia  
juri aparte contraria, tam in civilibus,  
quam in criminalibus, est ipso jure nulla.  
2 Qvod qvoniam extra omnem dubitationis aleam po-  
situm est, de lana caprina disputare, hocque prolixe  
3 deducere, plane inutile duco, Agendum potius adhuc  
paucis erit, de falsa ratione decidendi, contra jus in  
hypothesi, an nempe sententia, qvæ falsam talem ra-  
tionem in criminalibus exprimit, sit ipso jure nulla, an  
4 non? Resp. posterius vult Blum, in proc. Cam. tit. 29, §. 24. qui  
statuit, omnem sententiam criminalem, transire in rem  
5 judiciatam videatur Gail, de P. L. 2. Cap. 5. num. 4. ra-  
tio

IN CRIMINALIBUS.

tio eorum hæc est, qvia qvis omisla appellatione, tacite  
contentire, & tententiam approbare videtur, idqve tum  
in absolvitoria, tum in condemnatoria sententia, obtine-  
re contendunt, qvæ ratio adducta, in civilibus qui-  
dem procedit, verum si causa fuerit criminalis, ubi  
non agitur de tritico legendo, nec de glande legenda,  
sed de vita hominis, hoc non concedo, ratio differentiæ  
hæc est, qvia vitium, qvod sententia injusta, lata in  
civilibus continet, à partibus qvidem, tacendo per de-  
cem dies, tacite remitti potest, non vero in crimi-  
nalibus, hinc itaqve utroque casu, qvando sc. senten-  
tia vel contrajus in thesi, vel in hypothesi lata, illa sem.  
per nulla est, Cardinal: Tusch. Lit. S. Conc. 173. num. 3.  
ubi habet, qvod sententia in criminalibus, contra facti  
evidentiam lata, nunquam transeat in rem judica-  
tam, Gvatzz: de defensione reorum Def. 35. cap. 23. n. 1.  
id cit. Defenit. cap. 24. num. 2. Bertatz. Lib. I. cap. 58.  
num. 16. qvod inde manifeste constat, qvia inquisitus  
non tantummodo secunda, sed & tertia ac qvarta vi-  
ce, etiam post condemnationem, ad innocentia dedu-  
ctionem admittitur, (modo non appareat, inqvisitum  
effugia inania, & frivola qvarere) Carpz: P. 3. qvæst.  
n. 36. & 34. ubi seqvens videri potest præjudi-  
cium. Dieweil der Gesangene G. B. als ihm un-  
ser jüngst ertheileter Rechts-Spruch / und die ihm  
Darin zu erkandte Todesstrafe / angelündiget wor-  
den / fürgegeben / daß ihm für GOET/ und der  
Welt/Unrecht geschehe/vorwendend/ daß alles was er  
bekand / aus Furcht und aus grossen Schrecken ges-  
G schehen

6

7

8

9

10

CAP. II. DE FALSARATIONE DECIDENDI

33. schehen &c. so will zu unserer und eurer besserer Verwahrung von nöthen seyn/ daß er/ ehe und zuvor die zuerkundte Todes Straße an ihm exeqviret wird/ damit er sich nicht zubeschweren haben möge / noch einstens vernommen werde/ ob er ihm seine vorgeschützte Unschuld auszuführen getraue/ und auf den Fall er sich darzu erbent/ wird ihm eine monahs Frist verstatet/ imo non debet judex sententiam exeqvi ; ubi apparet de innocentia rei, qvod vel plane non , vel non ita acriter condemnandus sit , prout condemnatus est,
- II 12. Zilett. Tom. 2. Conf. 72. num. 36. Qvæ defensio in criminalibus adeo privilegiata est pro reo, ut & huic in quibus renunciare non possit, licet velit , per legem 19. ff. de penit. Reygerus in thesauro jur. vol. 2. Lit. C. p. 865.
13. num. 28. sed judex tum, ipse sollicitus esse debet, de inquisiti defensione , & de ea qværere, Carpz. P. I. Constit. 19. Def. 27. & in praxi Crim. P. 3. qvæst. 115. num. 31. seqq. quia Reipub. inter est , innocentium causas defendi
14. L. 33. §. 2. ff. de Procurat: Hinc concludo : Ubi vitium sententiae atque peccatum, per partes non est remissibile , toties sententia non transit in rem judicatam, in criminalibus vero, si sententia lata contra jus in hypothesi, vitium sententiae atque peccatum, per partes non est remissibile, nam reum absolvere, innocentem autem condemnare, juri naturæ oppido contrarium, Zogl. de offic. & delict. judicum conc. 50. Ergo sententia non transit in rem judicatam Brun. in proc. crim. Cap. 15. 27. num 62. Card. Trisch. Lit. S. conc. 173. num. 71. modo causa criminalis proprie talis sit. Causam vero cri-

IN CRIMINALIBUS. 34  
criminalem hoc loco voco, qvando agitur vel ad poe-  
nam capitalem, vel corporis afflictivam, hinc poe-  
nam Fisco applicandam, qvæ alias etiam criminalis 16  
dicitur, hoc loco excludo, Carpz. in Prax. Crim. quæst.  
102. num. 15. & in processu tit. 1. art. 4. num. 1. Schweder  
in int. ad ius pub. Parte Spec. Sect. 1. Cap. 13. §. 1. Ex dictis 17  
nunc facile dijudicari potest, qvid judicandum sit, de  
qvæstione sequenti: An iudex damnatū ex falsa ratione,  
sed postea innocentem repertum, etiam præterlapsis 18  
diebus, sententiam suam iterum corrigere possit? Resp.  
De jure communi hoc non licere, vult Hopp. in comp.  
suo ad Inst. p. m. 41. Zigl. de offic. & delict. judic.  
conc. 5. §. 1. & 2. Ummius Diff. 19. §. ult. rationem  
hanc dant, qvia iudex, qvando sententiam in cri-  
minalibus tulit, non minus ac in civilibus, iudex esse  
definit, & alteri parti jus qvæ situm, verum rectior 19  
mihi, ad minimum secundum aqvitatem, negativa  
sententia videtur. Dicitur qvidem in L. 1. ff. de qvæsti-  
onibus, iudicem mutare sententiam suam non posse, sed  
scribendum esse ad Principem, ac condemnati inno-  
centiam significandam, vertū an hodie hoc, ubi re-  
gulariter criminalis Jurisdictio, in feudum conce-  
ditur, obtineat, dubito, hinc Brunn. ad b. l. putat, mo-  
ribus hodiernis, quemlibet iudicem, absolvere posse,  
semel damnatum, innocentem repertum, qui tamen 21  
eodem loco ivadet, & semper præstare dicit, ea dere  
ferre ad Principem, aut consilium requirere à Colle-  
gio Juridico. (Quid dicendum de eo, qui in aliquo 22  
processu condemnatus vel absolutus, an sc. contra  
hunc

**C. III. DE FALSARATIONE DECID. IN CRIMINAL**

hunc de novo inquisitio institui ab alio judice possit,

**23** vide apud Brunn. *in proc. Crim. Cap. 6. num. 2.*) Pluribus adhuc hic loci retractari posset, an & quatenus exceptio rei judicatae, in criminalibus locum habeat, si quis vel condemnatus, vel absolutus ex falsa ratione, it. quid juris in matrimonialibus, quando ratio-

**24** decidendi falsa, sed quoniam causae matrimoniales, quo ad hunc passum cum criminalibus fere convenient, præterea etiam negotia quædam obvenerunt, quæ filium abrumpere jubent, hinc pedem hic figo.

**25** Hæc itaque sunt, quæ loco inauguralis Disputationis, censuræ publicæ exponere vîlum fuit. Si forsitan omnia B. L. exspectationi tuæ non respondent, veniam dabis, & conatum ad minimum non improbabis, potius benigni instar Creditoris, tenues studiorum meorum primitias exhibenti, ac debiti, quo communis utilitatibus omnes obstringimur, qualescumque tantum usuras, non statim ipsam tortem offerenti, fabebis: Tibi vero rerum humanarum Arbitrus, pro suppeditatis viribus, æternas per se solvo gratias, actutelæ, & providentiae tuæ, quæ imbecillitati hominum succurris, futuros rerum mearum successus, supplici prece commando. Dirige eos æterne

**DEUS** in nominis tui gloriam ac Patriæ  
emolumentum,

Rostock, Diss., 1706-09

X 2373042

✓D 18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>I</sup>O INAUGU-  
RALIS JURIDICA  
*DE*

FALSA RATIO-  
NE DECIDENDI

ANNUENTE DIVINA GRATIA  
CONSENSU MAGNIFICI FCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRI AD VARNUM ACADEMIA

PRÆSIDE

VIRO PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO,

DNO. JOH. JOACHIMO  
SCHOEPFFERO,

JCTO ET ANTECESSORE CELEBERRIMO, COMI-  
TE PALATINO CESAREO, CONSISTORII DUCALIS CONSILI-  
ARIO GRAVISSIMO, & FACULT. JURID. DECANO  
SPECTABILI

DNO. PATRONO, STUDIORUMq; PROMOTORE

ÆTERNUM DEVENERANDO  
PRO CONSEQUENDIS, SUMMIS IN UTROQUE  
IURE HONORIBUS  
D. S. MARTII, A. 1707. HORIS. ANTE & PROMERIDIANIS  
IN AUDITORIO MAJORI  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOACH. CHRISTOPH. TOR-  
NOW, JUDIC. DUCALIS MECKLENB. ADV. ORD.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SER. PR. & Univ. Typogr.

KUNSTSAMMELUNG  
UNIVERSITÄT  
ZU KÖLN